



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enarratio Epistolæ Prioris Ad Timothevm, Et Dvorvm  
Capitum secundæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1561**

**VD16 M 3167**

Non spiritum timoris. &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36308**

*Non spiritum timoris. &c.*

**R**etineamus usitatam distinctionem: Alius est timor seruile, uidelicet pauor sine fide, cum quo sunt fremitus & indignatio aduersus Deum, & horribilis fuga Dei, & poenarum, ut in Saul, Iuda & similibus: Alius est timor filialis, uidelicet uerus pauor cum fide, id est, consolatione, qua cor iam acquiescit in mediatore, non fugit Deum, sed agnita eius misericordia luctatur cum pauore, & incipit credere Deo, inuocare eum, & se ei subiucere uera reuerentia. Talis timor est in Ioseph & in omnibus sanctis. Hec in experientia, in quotidiana inuocatione constanterunt, non inuoluantur obscuris dubitationibus.

Sit igitur haec plana responsio: *Non de-  
dit nobis Deus Spiritum timoris,*  
id est, timorem seruilem, indignationem aduersus Deum, & horribilem fugam, non dubitaciones.

Econtra nominat *Spiritum potentiae*,  
id est, spiritum potentem seu fortem, primum  
fide uiuificantem corda & consolantem, ut ad  
Deum accedant, non fugiant, non irascantur,  
non opprimantur desperatione & morte. Est

M 2 item

II. EPISTOLA AD

item potens seu constans in retinenda assensione  
doctrinæ contra Diabolos, & contra hostes Eu-  
angelij. Est & fortis in perferendis odij &  
cruciatibus, in confessione. Ex his effectibus in-  
telligi potest quid nominet spiritum potentem.  
Sic & in primo capite ad Ephesios inquit:  
*Credentes secundum efficaciam po-  
tentiae roboris eius, quam potentiam  
effecit per Christum excitans eum  
a mortuis, id est, Deus efficax est in comen-  
sione, & fide uiuificat & liberat ex morte, con-  
firmat assensionem in corde, & constantiam  
confessione.*

*Spiritum dilectionis &c.*

**A**ntea nominauit spiritum potentem, ut  
lustri uocabulo ignauiam & hypocrisia  
xaret. Intelligit enim ueros motus, quibus inui-  
camur in pauoribus, et exuscitamur ad inuoca-  
tionem, et confirmamur in confessione & in omni-  
bus periculis & laboribus ministerij contra dia-  
bolos & eorum organa. Nunc nominat spiritus  
dilectionis, Ut enim prius de uiuificatione ne-  
dixit, ita iam de uirtutibus erga alios loquim-  
Et si autem uocabulum Dilectionis alias